

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Joannis Bonae, Eminentissimi S. R. E. Titulo S. Bernardi  
Ad Thermas Cardinalis Presbyteri Opera Quotquot  
hactenùs separatim edita fuerê Omnia**

**Bona, Giovanni**

**Antverpiae, 1677**

§. 16. Alia Oratio ad eundem.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10805**

mini inordinata affectione perfectè emendatus essem, ut ad hanc mensam supercælestem accedere possem fervens charitate, niveus innocentia, & omnium virtutum decore exornatus. Sed quia miserrimus ego sum, & omni ornamento deslititus, obsecro te in primis benignissime Salvator, cuius charitas immensa est, bonitas infinita, ut sanguine tuo animam meam lavare, & super nivem dealbare, meritis tuis induere, illoque igne ardentiissimi amoris succendere digneris, qui te nobis discifurum compulit ad hoc vivificum convivium instituendum. Obsecro deinde Beatissimam Virginem Matrem tuam, & omnes electos tuos, ut tibi pro me offerant charitatem, fidem & devotionem, quæ hoc Sacramentum suscepunt ab initio institutionis ejus usque in præsentem diem. Et quia particeps ego sum omnium timentium te, offero tibi omnium Sacerdotum, omniumque fielium hac die celebrantium & communicantium pietatem & puritatem. Offero omnium iustorum ab origine mundi usque ad ejus consummationem virtutes & merita, ac pios affectus erga te, dulcissime Jesu, in Venerabili Sacramento existentem: firmissimæ nimirum fidei, & vivæ apprehensionis eorum rerum, quæ de hoc maximo mysterio credendæ sunt: perfectissimæ charitatis, & intimæ tecum familiaritatis: famis & flagrantissimi desiderii te omne bonum suscipendi; filialis fiduciae & spei de tua misericordia tam mirabil modo declarata: zeli divinæ gloriae & dilectionis proximi, pro cuius salute hoc sacrificium offertur: admirationis tantæ dignationis, & profundissimæ humilitatis: gaudii & jubili in te & de te: laudis, gratitudinis, adorationis, & devotionis. Hos inquam, aliosque affectus offero tibi in supplementum insufficienziæ meæ, & eos, si possem, elicerem cum maxima intentione ad laudem & gloriam tuam quia dignus es. Suscipe Domine, hoc desiderium meum, meritisque placatus electorum tuorum, ne à mensa tua repellas me, quatenus hoc cibo satiatus, hoc recreatus potu vitam habeam, & abundantiū habeam, hic & in æternum, Amen.

## §. XVI.

*Alia oratio ad eundem.*

**V**eni, domine Jesu, unica salus animæ meæ, & infunde pectori meo multitudinem dul-

cedinis tuæ, ut nihil amem, nihil desiderei præter te. Veni gaudium & felicitas mea, veni spes & robur meum, quia tecum sunt diuitiae & gloria, tu vita & consolatio mea, tu paradisus voluptatis. Atque utinam te veniente ad me, vertantur mihi in amaritudinem omnes mundi deliciae, ut tibi uetus in hoc cælesti convivio à te nunquam separer in æternum. Frustra expenderem argentum meum in panibus, & laborei meum in saturitate, licet omnes Ægypti efas compararem, si carerem hoc pane, qui præbet delicias Regibus, & vino tuo desitutus essem, cuius suavitatis in infinitum excedit omnia hujus seculi oblectamenta. Et unde mihi tantum bonum, ut tecum epulari merear, Rex tremende Majestatis, ego indignissimus servus tuus, qui quotidie pecco & incorrigibilis persevero? Sed major est in infinitum misericordia tua, quam miseria mea: & tu dulcissima refectio mea me in virum alterum transformas, & verbo virtutis tuæ sanas omnes languores meos. Ad te igitur venio de tua pietate confusus, & in te sperans non confundar. Læifica animam servi tui, & supple quod mihi deficit, tu benignissime Salvator, qui omnes ad te vocare dignatus es dicens, *Venite ad me omnes qui laborati, & onerati esis, & ego reficiam vos.* Refice me teipso, quia in te sunt omnes cæli deliciae ex copiosissimo flumine gaudiiorum Dei cum tanta plenitudine emanantes, ut omnes dignæ ad te accedentes inexplicabili lætitia replere possim. Uni intime tecum animam meam, & fac me dignum, ut huic mensæ supercælesti cum debito virtutum ornatu affideam, & dulcedine perficiar præsentis Divinitatis. Amen.

## §. XVII.

*Oratio ad Spiritum Sanctum.*

**V**eni Sancte Spiritus, amor Patris & Filii, mundator scelerum, curator vulnerum, fortitudo fragilium, inerentium consolator, fulgor intellectus, & vindicta libertatis. Veni è patria felicitatis, & cordis mei penetralibus tam potenter illabere, ut virtus omnia & defectus tuo igne consumas, & omnia peccata mea remittas. Emite in animam meam lucis tuæ radium, quo illuminante intellectum, quæ tibi sunt placita videam: quo affectum inflamman-

te